Universitätsbibliothek Paderborn

# De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

II. Cuidam spectatæ virtutis viro de concionatorum moribus sanctissimis, & vita mirabili, sine quibus moueri vix potest auditor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51159

Visual Library

*onandi factus eſt finis, antequam templo pdem efferrent, violatam amicitiam mu- tui amplexibus redintegrarint. Egregium ſpectaculum, & lachrymas vel extorquens uito, ciues nobiles in celeberrimo templo, que in luce totius ciuitatis ſupplices ſibi ſe viciſsim pacis & veniæ cauſa, omniaq́; atris arbitrio, ac moderatione tranſigen- da, ac conſtituenda permittere: publica fuit uitatis vniuerſæ lætitia, eoq́; maior, quò maior fuerat deſperatio concordiæ.* Hæc ille, quæ ſatis declarant, quas ego po- tiſſimùm probem conciones. Qui enim tui ſimiles erunt, laboris, con- tentionis, ſudoris, ardoris vberrimos fructus capient. Vale.

---

CVIDAM SPECTATÆ VIR- tutis viro.

*De concionatorum moribus ſanctiſsimis, & vita mirabili, ſine quibus moueri vix poteſt auditor.*

SI quiſquam eſt, qui eloquen- tiam concionatoribus eſſe ne- ceſſariam arbitretur, qui pru- dentiam rem, locum, & tempus no- tan-

tantem, atque obſeruantem, ali
centem, alia reticentem, neceſſ
ſeruientem, occaſionem, oportu
temq́ue captantem à concionato
exigat, qui mirabilẽ ſapientiã, en
tionemq́ue requirat, cũ me eſſe
fiteor, neque tamen ita ſeuerè, vt
aliqua vel remittam, vel diſſimul
Nam & eloquentis ſapientiæ me
critate contenti ſumus, & eum in
dentium numero habemus, qu
non omnia prouideat, & præca
quod in tanta imbecillitate co
vix eſſe videtur optandum, ta
ita ſe gerit, vt minus ſæpe labatur
alij, & aliquanto plus videat, quam
dere illi ſolent, quibus eadem eſt
uincia demandata. Quod verò a
centis mores attinet, & vitæ integ
tem paulò ſeueriores ſumus, nec
faciles præbemus in concionator
peccatis condonandis. Nam
non minus mouet ille, qui di
quàm quæ dicuntur, meum ſemp
iudicium fuit, in Chriſtianis o
ribus raram quantam probitatem

eſſe oportere. Hæc enim eſt cauſa, cur tam multis concionantibus tam multa ſint vitia: non enim vitæ perfectio curæ eſt, ſed orationis expolitio: cùm eximiæ ſanctitatis ea ſit vis, vt propriam ſibi ipſa eloquentiam architectetur interdum ei eloquentiæ longè præſtantem, quæ ex Rhetorum prodiit officinis. Vno, vno, inquam, concionante, qui optimè viueret, & bene loqueretur, quàm multis verba facientibus, quorum vt optima oratio ſit, eſt tamen vt leuiſſimè dicam, vita communis, morum correctio multò fortaſſe maior eſſet, & viuendi licentia contractior. Fructuoſior enim ſancti concionatoris vnus eſt annus, quàm illorum vita longiſſima, qui quæ dicunt, non faciunt, Paulumque illum Samoſatenum ſi non ſententia, at faſtu imitantur. Cuius conciones tumoris & arrogantiæ plenas Catholica non tulit Eccleſia. Veriſſimè enim dictum eſt à Poëta Menandro mores eſſe dicentis, qui pſuadeãt. Quod certè in Hiſpano oratore plus valet,

*Euſebius Eccleſiaſtica hiſtoriæ. lib. 7. cap. 25.*

valet, quàm in illo, cui peregrina
lingua cognoſcenda. Nam orator
ſpanus nõ loquitur vt Demoſthe
qui Græcus erat, non vt Cicero, no
Craſſus, non vt Antonius, quos L
nos fuiſſe conſtat, ſed illo tamen
do perſuadet, ſapit autem multò
niùs. Lingua patria eſt, quam no
expolire difficile, res autem Chri
nus orator illas affert, quæ Deum
mortalem habent authorem: à
omnis hæc Chriſtianorum &
cio, & Philoſophia manauit. V
igitur hic torpor in nobis? vnde
flagitia Chriſtianis indigna & ſ
& moribus? quid cauſæ eſt, cur
ſunt à ſanctis Patribus ſeuerè
ſtricta laxentur, & turpiter diſſol
*In Catone maiore.* tur. ? *Proueniebant oratores*, inqu
le, *noui, ſtulti, adoleſcentuli*: garri
vt ego lamentor, deliri quidam
nes, iocantur, & ludunt, neque qu
ſint vitiis oppleti loci, & muneris
ſa diſſimulant. Immò verò ſe p
dunt ipſi, patefaciunt, aperiunt, &
mine cogente demõſtrant. Equid
is

ſum, qui exiſtimem multo plures eſ-
concionatores, quos vita ipſa com-
mendet, quàm quos morum licentia
dedecoret, ſed mediocria conciona-
toris officia, & illa rectè facta, quæ ora-
tori ſunt communia cum multis ſatis
mihi non faciunt, neque illam ſitim
explent, qua & viſcera, & fauces exa-
reſcunt. Valeat neceſſe eſt concio-
nator ingenio, qui aliorum ſe eſſe do-
ctorem profitetur, eum ſuauem eſſe
oportet, & dulcem: ſed vt neminem
laudamus, quia pulcher, quia robu-
ſtus, quia nobilis, quia diues, quòd hæc
partim natura tribuat, partim fortuna
largiatur, at quia temperatus, quia cō-
tinens, quia miſericors prædicare ſo-
lemus, quòd hæc nec externa, nec cor-
poris, ſed virtutis bona ſint: ita conci-
onatorem non tam quæ aliunde acce-
pit, quàm quæ ſibi ipſe Chriſto adiu-
tore peperit, cohoneſtant. Eſt qui-
dem ſonantibus verbis quæ abundet
oratio, mirabilis, ſed longè eſt admi-
rabilior vitę ſanctitas, à qua oratio ipſa
pondus accepit. Quid eloquentia

Aa diuini-

diuinitus tradita ei præſtet eloq
tiæ, quam in ſcholis didicimus, qu
verborum lenocinia conſectatur,
uus Bernardus (vt alios omittam)
rauallenſis Abbas declarauit, cui
ctorias nullius capere poteſt or
*Extat diui Bernardi de hac re epiſtola mirabilis ad Epiſcopos Aquitaniæ*
Nam cùm Gregorium Ioannis V
nis filium omni laude cumulatu
rum Cardinalium pars & maior
integrior ſummum Pontificem
uiſſet, & Innocentiũ II. appella
Petrus Petri Leonis filius à pauc
bus, iiſque corruptis electus eſſ
tiſtes, grauiſſimo, pernicioſiſſim
diſſidio Dei Eccleſia laborauit.
malo proximè, & ſecundùm D
diui Bernardi ſanctitas, ſapienti
ſubuenit. Is enim Ludouico
corum regi, vt Innocentium co
cteretur, à Petro, qui ſe Anacl
appellari voluit, tanquam à petra
dali, & peſte refugeret, perſuaſit.
ab Henrico Anglorum rege, vt I
centium coleret, Chriſtianique
gis paſtorem agnoſceret, his verb
torſit. Quid, inquit, hæſitas? an

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deo diſpliceas? & piaculum contrahas? cogita de aliis peccatis tuis, quid ei reſpondeas, iſtud verò fac mihi relinquas. Cùm verò Innocentio Leodium prodeunti Germaniæ Imperator Lotharius cum ſacris, profaniſque optimatibus obuiam progreſſus, eximieque eundem veneratus nullo ſe Eccleſiæ tempore defuturū affirmaſſet, ſi modò ipſe ſibi tribuendorum ſacerdotiorum antiquum ius concederet, quo nuper ceſſiſſet Henricus, perculſique eo poſtulato Cardinalium animi grauiter eſſent, Bernardus, qui ab Innocentij latere nūquam diſceſſerat, non minus authoritate ſua Lotharium, quàm oratione fregit, piumque & prudentem regem à ſententia deturbauit. Obſeruabantur enim dicta Bernardi, & pro oraculis habebantur. Iam verò Piſanum conciliū Bernardi potiſſimùm, quocum Innocētius miſerat, ſapientia eſt, conſilioq; perfectum, & res Eccleſiaſticę mirabiliter conſtitutę. Sed cū adhuc in vrbe Anacletꝰ fureret, multiq;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

partim errore decepti, partim tim
tracti adulterini pōtificis partibus
derent, Bernardum Innocentius
rauaIle, quo ſe iam receperat, de
accerſitum Romam legauit: vbi
magnum ac difficile aggreſſus m
abſoluit ex parte. Nam ex illis,
ab Anacleti parte ſtabant, plurim
Innocentium, id eſt, ad verum p
rem adduxit. Iam verò Mediola
ſes anathemate percuſſos, qui A
mi ſui Archiepiſcopi peſſimo ex
plo in Anacleti Antichriſti verb
rarant, idē Bernardus ab eodē In
centio miſſus piaculo pro erratis
poſito contagione & ſcelere liber
Longum eſſet Mediolanenſem tri
phum explicare, quo ab vniuerſa c
tate Bernardus exceptus virtutem
norauit. Aduentanti ad ſeptem m
lia paſſuum obuiam itum eſt, tanta
dinum, ætatum, ſexuumq́; frequen
vt vrbem deſerere, atque aliò com
grare velle viderentur. Bernard
partitis agminibus recipientes ce
tim intueri, alloqui, pedeſq́; oſcul

cup

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cupiebant. Quin & pilos de veſtibus eius detractos ad opportuna morborum remedia reſeruabant, omnia ſancta ducentes, quę ille contigiſſet. Atq; lætis clamoribus in vrbē, & hoſpitium deduxerunt. Ac ne illud ſileri patiar, quod eſt in hoc genere valdè mirabile. Nam cùm Rogerius Siciliæ comes, Appuliæ & Calabriæ dux Anacleti & pertinax, & improbus fautor eſſet, Innocentium rogauit, vt ad ſe Bernardum Abbatem, Anacletũ verò, vt Petrum Piſanum mitteret, aiebat enim velle ſe huius diſſidij cauſam diſcere, eaq; cognita reipublicæ vulneribus medicinam adhibere, verùm re vera ſperabat ſe Petri Piſani inſigni per ea tempora eloquentia, ſingulariq; doctrina minus promptã Bernardi obruere ſimplicitatem poſſe, atque eo facto Anacleti dignitatem prope intermortuam excitare. Nam diui Bernardi vocibus icti quam plurimi ab Anacleto ſe, vt diximus, remouerunt, eiuſq; in dies vehementiùs potentia concidebat, obſoleſcebat ſplen-

*Vide Carolũ Sigoniũ lib. 11. de regno Italiæ à quo hæc ferè totidẽ verbis de victo à S. Bernardo Petro Piſano.*

dor curiæ, & familiæ amplitudo ſqu
lebat. Venerunt autem ambæ part
ſed Bernardus prior, cùm autem R
gerio præſente prior Petrus cauſ
Anacleti legum præſidio munire c
tendiſſet, finemque dicendi feciſ
tum Bernardus vna, inquit, fides
vnus Dominus, vnum baptiſma.
veteri etiam teſtamento vna arca.
autem arca, quam regit Petrus, (A
cletum enim appellare noluit, q
eo nomine videretur indignus) p
fectò illa, cui præeſt Innocentius,
ruetur. Peribit igitur tota occidē
Eccleſia, Frãcia, Hiſpania, Germa
Anglia, peribunt Monachi Camal
lenſes, Ciſtercienſes, Claraualleni
aliaq; innumerabilia ſeruorũ Dei c
legia: Epiſcopi, Abbateſq; oēs, ſol
qui arcã Petri ingreſſus eſt Rogeri
conſeruabitur. Et præhenſa ma
Piſani, quin tu igitur, inquit, arcam
tiorem ingrederis? & ſaluti tuæ co
ſulis? atque ita vt ad Innocentiũ tra
ſiret, induxit. Rogerius tamen in
dementia permanſit, quòd Eccle

pa

patrimonio in Caſſinati, & Beneuen- *1. ad Tim. 6*
tano agro auidus imminebat. Ex cu-
piditate enim, quæ malorum omni-
um radix eſt, impietas naſcitur, quæ
Ieroboamum à veri Dei cultu aduer-
ſum deturbet in inferos. Cumq; (vt *3. Reg. 12.*
ad Bernardum redeam, quem concio-
natori, fructuoſoq; ſapienti, vt ſpecu-
lum proponimus) mortuo Anacleto
in inferiſq; ſepulto Gregorium quen-
dam ſeditioſi illi Cardinales, qui Ana-
cletum adiuuerant, elegiſſent, Bern-
ardus, qui eo ipſo tempore Romæ
erat, falſum Pontificem, vt inſanire
deſineret, & Innocentio ſupplex
eſſet, admonuit: cuius cùm valuiſ-
ſet autoritas, facilè & à ficto Papa vt
inſignia deponeret, & à vero, legiti-
moque pontifice, vt Gregorio ve-
niam daret, impetrauit. Ingens pro-
pter ſolidam pacem Eccleſiæ reſtitu-
tam in vrbe gratulatio facta, ſuppli-
cationibuſque ad templa indictis me-
ritus Deo honor eſt habitus. Diuus
autem Bernardus pacis ſequeſter,
vel potius Angelus, qui pater patriæ

ſalutatus à populo fuerat, poſt ſep
dies ciuitate tota honoris gratia pro
quente diſceſſit. Idem Bernar
Eugenio tertio Pontifice, quem
in Chriſto genuerat, cuiq; illis ve
*Lib. 2. de conſiderat.* acclamarat. *Tu es ſacerdos magnus*
*mus Pontifex, tu princeps Epiſcoporu*
*hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gu*
*bernatu Noë, Patriarchatu Abraham*
*dine Melchiſedec, dignitate Aaron, a*
*ritate Moyſes, iudicatu Samuel, pot*
*Petrus, vnctione Chriſtus, tu es, cui c*
*traditæ, cui oues creditæ ſunt, & alij qu*
*cæli ianitores, & gregū paſtores, ſed tu*
*to glorioſius, quanto & differentius*
*præ illis nomen hæreditaſti. Habent illi*
*gnatos ſibi greges, ſinguli ſingulos, tibi*
*uerſi crediti vni ſumus, nec modò ouium*
*& paſtorum tu vnus omnium paſtor.* Id
igitur Bernardus hoc ipſo Euge
Pontifice Romano, cui qualiter ac
mandum ſit, hæc tam multa ſancti
ctoris, tamq; debita oſtendunt epiſto
ta, Chriſtianis principibus autori
vt Hieroſolymitani regni rebus aff
ctis ſubuenirent: duoq; potentiſſ

reges Bernardo obſequuti ad Aſiam cum ingentibus copiis peruenerunt: quibus laus tribuenda, quòd egerunt, venia danda, quod reliquerunt. Sic enim & à Conrado Germaniæ Imperatore, & à Ludouico Galliarum rege administrata, vel tentata potius res eſt, vt belli initia Bernardi meritis, extrema hominum peccatis tribuenda eſſe videantur. Bernardi ſtudium in adiuuanda publica cauſa noſtri & patres & fratres aliqua ex parte mihi videntur imitari. Alij enim gentes immanitate barbaras, lociſque diſiunctas ad Chriſtum adducunt, alij Chriſtianis principibus difficillimo tēpore piam operam nauant, alij Romanorum iuſſu Pontificum itinera, laboreſque ſuſcipiunt, atque ita pro eius authoritate propugnant, vt nullos impetus, nullos ictus, nulla pericula reformident. Nota tibi eſt Suetica miſſio, Ægyptiaca expeditio, tempeſtas Auguſtana, Moſchouitica legatio, & in Belgio exantlati labores. Arbitror te ſcire, quid hodie noſtra vbiq; locorũ, &



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terrarum Societas patiatur, vbi
enim ab improbis exercetur, ſed
non ethnicos, non hæreticos, non
humetanos, non Iudæos, non C
ſtianorum quorundam improb
tem, ac licentiam pertimeſco:
mulis atque inuidis non valde lab
intus eſt equus Troianus, intus e
ſtis, me ipſe, meiq́ue ſimiles hom
quos ſpero vel nullos, vel fore pa
ſimos, qui enim ex noſtris ſeren
aliquando geſſerit, quique ex So
tatis lege non vixerit, hic veren
eſt, ne paulatim ac ſenſim eò pro
diatur, vt muros & mœnia labefa
Quare ex illis, quæ experti erimus
uere diſcamus in poſterum, etſi q
dam eiuſmodi ſunt, vt niſi manu t
antur, ſentiri non poſſint. Ne
tàm diuinare eſt, quàm prouider
pientis. Eſtq́ue nouitati venia
da, noui enim ſumus, & rerum
tarum inſolentes. Illud quidem
cuiq́; noſtrum debet eſſe perſua
Societati, quæ ab vmbratili vita
ximè abhorret, eaq́ue ſuſcipit, q
ra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

um inuidia comes eſt, aſperrimas cruces deeſſe non poſſe. Cato ille Cenſorius tres ſummas in homine res præſtitit, vt optimus imperator, optimus ſenator, & optimus eſſet orator: & tamen plurimorum odio laborauit. Itaq; ſit proprium Catonis quater & quadragies cauſam dixiſſe, nec quemquam ſæpius poſtulatũ & ſemper abſolutum. Hæc his ferè verbis *Lib.7.c.27* Plinius: nos igitur demus operam, vt quæ pericula tam ſæpè nobis inuidia creat, innocentia, ſanctitaſque depellat. Vtinam crux noſtra, crux illa ſit Chriſti, non latronum, & facinoroſorum. Quòd ſi hæc aliquando perferenda erit, demus operam, vt in illius cruce ſcelerum noſtrorũ pœnas perſoluamus, qui pependit ad dexterã & flagitiorũ venia impetrata Chriſti felicitatis conſors & particeps fuit. De noſtrorũ cum cõmuni hoſte præliis aliqua dicerem, niſi pudor obſtaret, qui vetat in propriis hiſtoriis eſſe longiores. Nec dubito, quin ſine iſtiuſmodi rerum commemoratione, cœleſtis

eloquen-

eloquentiæ quæ ſit vis, & quanta
lè poſſit intelligi. Hæc enim eſt,
& aliis perſuademus, & à nobis, v
oratio cõſentiat, impetramus. Q
quid enim eius modi eſt, quod e
candum oratione ſit, in eo mag
habet ſanctitas vim, magnam ſe
nis, & linguæ ſynceritas, magnan
lor actionis. Noſtro illo Baſilio,
Granatæ obiit, in ſuggeſtũ aſcen
te, ſic afficiebatur, ſic timebat au
vt ludi magiſtri præſentiam me
diſcipulus ſolet ignauus ac piger.
bat Antonius Madridus, cõſeſſu
liter lachrymante, Baptiſta San
feras traxit & ſaxa, Martinus Gu
us partim concionibus, partim c
ſuetudine ipſa pulcherrimæ pro
ctus eſt parens. Erat in his, quo
minaui, vitæ oratio ſimillima, er
Strada, erat in Salmerone, era
Laine. Mortuos cõmemoro, q
rum fama vigebit omnium mem
ſeculorum, nec dubito quin mu
qui viuunt, quiq; ex Societatis di
tate cõcionantur, prædicatura po

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ẽas ſit, & ab obliuione vindicatura.
...ut illos fama non deſeret, qui Chri-
...præcones ſunt, deq; ſuperiore loco
...utariter dogmata ſalutis exponunt,
...*vicia, quæ declinare, virtutes, quas ſecta-*
*...porteat cum breuitate, & facilitate ſer-*
*...onis annunciant, & hæc in hominum cor-*
*...ibus poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus in-*
...gere (vti ſacra iubet Synodus Tridé- *Seßione 5. c. 2. de Reformat. & Seßion. 24. cap. 7.*
...na, cuius hæc ipſa ſunt verba, ) *&*
*...Chriſtianum populum in lege Domini eru-*
*...re ſtudent:* ita eorum, quos floridu-
...os eſſe delectat, auribuſque blandiri,
...eadem, quæ vitam, nomen etiam ex-
...ctura mors eſt. *Quicunque* (ait ipſa
...eritas) *honorificabit me, glorificabo eum,* *1. Reg. 2.*
*...ui autem contemnunt me, erunt ignobiles.*
...ile, & tuum ardentis concionis, vi-
...æq; laudabilis curſum tene conſtan-
...er, qui tibi & in cœlo, & hîc apud ho-
...mines immortalitatem pollicetur,
etſi hominum tui memoria
cordi tibi non eſt.

EIDEM,